

Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Usuris, & interesse, Pars II. de Cambiis, Pars III.
de Censibus, Pars IV. de Societatibus Officiorum

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XVI. Civitatis Castelli census. De eadem materia extinctionis census
per novationem ejusque transfusionem in aliud creditum, An ob non
implementum reviviscat, ita ut fructus debeantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74112](#)

potest, cum pactum resolutivum censetur adiectum in gratiam creditoris, & quatenus ipse uti velit, qua facultate posita, impossibile est dare censum vivum & fructiferum, quia id repugnat essentia census Cenc. dicta quæst. 107. n. 15. & 24. dec. 29. n. 28. par. 9. rec. & lat. in dicta Romanar. reviviscentia censum disc. 81. sub iu. de feud. Unde proprieate regressus ad primæva jura censeretur reservatus compatibiliter, pro anterioribus scilicet hypothecis & uribus, ita ut ista per secundam conventionem non censerentur novata, atque hæc mihi videbatur veritas.

CIVITATIS CASTELLI CENSUS PRO HÆREDIBUS PIRRI DE PAZZIS CUM JO ANNE DE VITELLIS.

*Casus varie decisus per Rotam,
ubipender.*

De eadem materia extinctionis census per novationem ejusque transfusionem in aliud creditum, atque non implementum reviviscat, ita ut fructus debeantur.

S U M M A R I U M.

- 2 **F**æctiseries.
Verba importantia traditionem seu configurationem, an & quando illam probent sequuntur.
- 3 Per probationes affirmativas & negativas hinc inde causas redditur dubius.
- 4 Non tantum vigerat ratio prescriptionis per annorum decursum, sed etiam per administracula & presumptions ad favorem debitorum.
- 5 De censu non vivo, ubi potest repeti sors transfusa in aliud creditum.
- 6 Intra quantum tempus debitor generis teneatur ad premium quantiplurimi.

D I S C . XVI.

Putum Pittus de Pazzis esset debitor Lucii de Vitellis in censu sortis scutorum 1200. nec non in quadam societate officii, pro utroque credito tam in sortem quam in fructum, conventionem est intra certum tempus à Pirro præstari debere tantam frumenti quantitatem, quæ juxta jam taxatum premium adæquaret. Post lougum autem temporis interstitium Joannes Lutii hæres contra Diamantem & alios Pirri hæredes mandatum executivum obtinuit ab **A** Pro fructibus dicti census,

perinde ac si viveret, atque in primævo statuduraret, & commissa per Sigillatram causa in Rota coram Veroppio cum clausula, Si quid exequendum, datoque consueto dubio, an mandatum esset exequendum, sub die 10. Decembris 1649, negativa resolutio prodit ad favorem debitoris ex eo fundamento, quod ex censu extincto non possunt amplius deberi fructus, à qua resolutione recessum fuit sub die 5. Decembris 1653, & in hac ultima perfidum fuit in alia disputatione habita sub die 20. Maii 1654 in qua solùm ego ad defensionem assumptus fui, prima vero decisio cambii 1649, est impressa decis. 355. par. 10. rec.

Omnium decisionum hinc inde editatum fundamentum, consistit in facto, sequitur scilicet vel non integræ configurationis frumenti prædicti, Prima enim decisio creditit de illa constare ex verbis in scriptura conventionis contentis actuali traditionem præferentibus, concurrentibus etiam aliquibus admiculis & probationibus ex parte debitoris deducit, Aliæ vero posteriores firmant probationes non sufficiunt, ob exceptiones in contrarium ponderatas, Atque ad fundamentum verborum traditionem denotantium prout sunt, dat, tradit, cedit, &c. responderunt, & in hac parte bene, quod verba prædicta tribuunt quidem facultatem apprehendendi sed non important veram traditionem, nisi de illius veritate constet juxta theoreticam Bartoli in lege prædicta ad finem ff. de acquirenda possessione Roman. consilio 482, numero 2. in fine cum sequentibus Natt. consilio 360. numero 2. Mafard, de probationibus conclusione 298. numero 10. cum aliis in utraque decisione allegatis.

Quidquid autem sit de iis, quæ in nudo facto consistunt super hujusmodi traditionis probationibus affirmativis vel negativis, quæ plures hinc inde per causas Patronos deducebantur, ex quibus negari non poterat catum reddi dubium, quod sufficere dicemus pro debito stante diurno silentio intermedio annorum circiter 25. non quidem ratione præscriptionis, ut illud ponderat decisio 5. Decembris 1653. sed in ratione admiculi, & presumptionis luxia terminos rex uscum ibi notatis in lege Procula ff. de probationibus ex deductis per afflatum decisione 13. Surdum decisione 105. Merlin. decis. 124. & alios.

Adhuc tamen posito, quod probationes debitoris circa dictum frumenti configurationem non concludent, ita ut dicendum esset frumenti promissi debitor, parum probabiles videbantur dictæ posteriores resolutions, in ordine ad confirmationem ad fructus census, stante illius extinctione sequuta per formalem novationem, per quam sors una cum fructibus & cum mixtura etiam alterius crediti transfusa est in contractum omnino diversum super debito generis, cum libera facultate creditoris repetendi quandocumque forte, quo casu in bona juris ratione impossibile videtur dare censum vivum & fructiferum, ex iis, quæ plures casus distinguendo habeantur deducta in Porusina census disc. precedenti.

Clarius vero in hac facti specie, in qua non agitur de simplici & receperibilitate sortis in eadem pecunia, in qua illa tradita fuerat, sed de illius transfusione in debitum generis diversi, cuius non implementum maximum interesse debitori, & ecoverso notabile incrementum creditoris causare potest, ob primum quasi plurimi, ad quod, vel indefinite intra totum moræ tempus juxta unam opinionem; vel intra triennium juxta alteram, debitor generis teneatur

DISCURSUS XVIII.

31

tenerit ad text. in l. vinum ff. si certum petatur cum concord. per Surd. decis. 81. Duran. decis. 346. Giurb. decis. 115. Rot. decis. 421. par. 9. rec. ubi concordantes; Durum enim, fatigque improbat videtur, ut eodem tempore dari debat in creditore non solum libera facultas repetendi sortem principalem ad libitum, sed etiam asequendi istud grave interesse pretii quanti plurimi ex debito generis, in quod eadem sors per expressi novationem transfusa fuit, quod interesse tamen dupli & ultra importare solet omnibus aliis gravius, ut frequenter experimur ob notabiles alterationes, quas frumenti pretia facere solent, quodque eodem tempore census debat durare vivus & fructifer, ita ut debitor utriusdam oportet subjaceat; Et converso creditor possit pro libito eligere duas vias omni modo oppositas, & super his, quae in dicta ultima disputatione deducta fuerint, decisio nullum verbum, dum motivatis solet satisfacere, lecus enim in sequentibus disputationibus solet inculcati super eisdem, dum substantia videntur, & paritura bonum exitum.

FLORENTINA LEGATI PRO HÆREDIBUS FERDINANDI DE CAROLIS.

*Responsum pro veritate extra
Curiam.*

An sub legato stabiliū veniant censūs, ita ut istorum fructus cedant sub dispositione facta de redditibus honorum stabiliū, Et an sub istorum nomine veniant pecuniae investitæ super Montibus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Causa controversia.*
- 2 *Census an repudientur tanquam stabilia, eorumq[ue] nomine veniant.*
- 3 *Census imponitur super alio censu.*
- 4 *Sub legato stabiliū veniant censūs.*
- 5 *Quando pro legatario ampliè sit respondendum.*
- 6 *Pecuniae investitæ super montibus habentur probabilibus.*
- 7 *Quod loca Montium fraternizent cum censib[us], quod declaratur.*
- 8 *Ille annuus redditus, qui præstari solet per loca pia nec restringit pecuniam, an importet censum, & quid importet.*

D I S C . XVII.



UM Ferdinandus in ejus testamento mandasset ex redditibus honorum stabiliū, quæ tunc possidebat, ut puellas singulis annis mariari debere, sequuta ejus morte, orta est difficultas, An sub hujusmodi legato venirent fructus censuum in hereditate remansorum, & an venirent fructus pecuniarum, quæ post ejusdem testatoris mortem per dictos heredes, eorum, que administratores investitæ fuerunt super Monte Florentia, & super hoc expedito consilio.

Quoad primum respondi affirmativè, licet aliqui scribentes senserint censūs dici non debere stabilia, sed constitueret quamdam tertiam speciem, de juribus & actionibus potius quam de bonis stabiliū participante, ex congestis per Rotam decisione 235. numero secundo & tertio & 31. numero 15. & sequentibus par. 7. recentiorum, ex quibus Aliograd. senior. & alia ad causam tanquam Advocati potius quam ad veritatem pro hereditibus scripserant, se potissimum fundantes in speciali auctoritate Eugenii cons. 100. lib. 1. attamen in contrarium est magis communis & recepta, ut scilicet pro stabiliū habeantur, ut in allegata decisione 235. parte 7. Buratt. decisione 474. numero 2. 580. numero 8. & 725. numero 3. & in aliis per Cencium de censib[us] questione 30. numero 6. Barbos. de Episcopo allegatione 95. numero 4.

Unde propterera receptum est super censib[us] tanquam bonis stabiliū fructiferis ad formam Bullæ Pii V. imponi posse censūs ex deducis per Cencium questione 31. numero 1. & sequen. Leotardum de usuris questione 46. numero 13. Buratt. decisione 913. numero 1. & 2. & dicta decisione 235. parte 7. recentiorum ubi respondetur contraria.

Et in specie quod sub legato stabiliū veniant censūs Cabr. consilio 141. numero 18. cum sequen. lib. 2. Surd. decisione 204. numero 7. Gratian. dicitatione 981. numero 34. Buratt. decisione 574. numero 2. de Marin. resolut. 11. lib. 1. numer. 4. Cenc. quest. 30. num. 8. ex quibus curandum non est de unica contraria auctoritate Eugenii dicto cons. 100. ex eo præterim, quod consilientium auctoritas ut potest ad causam opportunitatem & pecuniam frequentius sunt leves & suspeccæ.

Fortius autem hujusmodi opinionem recipiendam esse dicebam, ex eo quod negari non poterat veritatem in casu dubio, in quo proinde ex duplicitatione prolegati benigna interpretatione respondendum erat, una scilicet, quia pro dotalibus p[ro]p[ri]is subsidiis, & altera, quia haec dispositio concepta erat in casu extinctionis hereditum sanguinis, ita bona hereditaria ad extraneos transitum facere deberent, unde propterera de plano intrabat propositus quod pro legatario potius quam pro herede in dubio respondendum esset.

Quo verò ad pecunias post mortem testatoris investitas super Monte Florentia, plana erat negativa ex facto, dum legatum restrictum erat ad redditus illorum stabiliū, quæ de tempore Testamenti testator possidebat, ibi, *Dei' entrate de ihereditabili, che di presenti si troua hauere e possedere, sed cessante hoc facto, Ego eram in diversa tententia ab illa, in qua fuerunt aliqui ex ejusdem Curia Ad vocatis super eisdem punctis interrogati, credentes istas pecunias jure crediti regulandas esse, quoniam ut in proposito pecuniarum, quæ investitæ sint super Montibus Venetiarum, Florentia vel similibus, habetur tamen deductum sub iuri de Regalibus ad materiam locorum Montium,*

C 4

p[ro]p[ri]æ